



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

SS. Irenævs & Abvndivs MM. 26. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

25. Aug.
aron.
ciatatur
iciatur
appetatus
studium,
lareca
ugusti.
leges no-
filio dixi.
ibus ama-
m fugio.
prosperis
edico ut-
eram nu-
dius elo-
dem geri-
um quam
tibi nu-
. X. Bo-
testator.
er dato.
I. Deum
cessuato.
nibus ef-
esto, &
XVI. In
te statu.
religiosa
deferto.
os getere
pro virtu-
inquirito.
XXII.

26. Aug. VITA SANCTORVM 419

XXII. Pont. Max. ut par est, reveretor. XXIII. Im-
pense modestiam ne excedunto. XXIV. Pro me,
ubi obiero, sacra fieri curato. Ex Surio.

Amat Deus disciplinam; perversa autem & fal-
sa innocentia est laxare habendas peccatis. Valde
perniciose sentit filius patris lenitatem, ut justè po-
stea sentiat Dei severitatem, & hoc non solus, sed
cum dissoluto patre suo. S. Augustinus sup. Ps. 30.

SS. IRENÆVS & ABVNDIVS MM.

26. Augusti.

Quid auro te vestis homo, si nobiles animas
etiam in cœno latentes Numen amat? quid
opobalsama spiras, quando etiam inter latinas
(parce, si Superis parcis, & mihi) suavè tamen olet
virtus? Age & qui nares sordidis rebus, ne aures
nominiibus nega: docebunt te hæc alta negligi à
celo, infima eligi. Erat IRENÆVS conditione vitæ
homo omnium ultimus Romæ (in cloacas fortu-
or munus detruserat) in tantis sordibus tamen
candidissimum animum eumque Christianum
circumtulit. Fortè D. Concordia corpus exanime,
beu! non digno sepulchro, cloacâ tumulatur.
Quærit hoc pietas Christi na, quærit & impietas
Porphyrii militis; illa virtutis odore, hæc avaritiæ
illecta, & nummos in vestibus & gemmas subodo-
nata. Atque hæc sua consilia Porphyrius IRENÆO
detegit. Itur, eruitur Concordia nullâ spurcitie
asperfa. Sed aurum & gemmam Porphyrius excæ-
catus ab avaritiâ nullam videt. At hoc abeunte,
IRENÆO merum aurum & una gemma totum cor-
pus Martyris visum. Igitur ABVNDIVM in auxilium
vocat, & ad Lustinum Presb. thesaurum fert; ille
terrà abscondit. Sed & merces sua IRENÆO &

ABVN-

ABUNDIO constitit. Vivi enim in cloacam demens
à Valeriano animas pulcherrimā tamen morte
posuerunt. Itaque etiam sanctior ludit fortuna,
quando non jam ab aratro, sed è cloacā ad purpu-
ram & ad Martyrum purpuram vocat. Ex ait
D. Laurentij.

Quantò quis altius se per tumorem mentis erigit,
tantò magis in imo despicibilius jacet. E contraria
eò honorabilius humilis coram Deo prouehitur ad
summa, quò per vilem sui astimationem se vilipen-
dendo magis collocat in profundo. S. Laur. Iust. de
Humil.

S. AVRELIVS & NATALIA MM.

27. Augusti.

OQuām pulchra est casta generatio! quæ tan-
tum splendorem etiam thalamo conciliat.
Audi orbis, &c., si vides, hunc juxta mecum vide.
Sustulerat jam AVRELIVS è conjugè NATALIA
geminam prolem; abhinc ergo castitati placuit,
non liberis vacare. Sed & cælo hoc cum primis
placuit, cuius oculos nulla alia tam facile virtus,
ut castitas rapit. Certè ocellus cæli Christus inter
Angelorum comitatus visus descendere, & hic
quidem benedicere cubantibus, illi tapete candi-
do etiam pavimentū, quod tam pudici pedes pre-
mebant, vestire. Virginum etiam Regina ad specta-
culum Superis tam jucundum delapsa cælo, solari
in non viduo lecto viduos conjuges voluit. O Su-
peri! quæ ego somnia tam castè dormientium suiss-
putem, ubi lectum VIRGO MATER & VIRGO Fi-
lius sternere veluti non dubitavī? quām molli-
ter credam cubuisse, cùm suas Angeli plumas cæ-
lo afferrent? Et audi quām suavibus somniis ca-
lum demulcerit castos. Cum afferem in pauperes &

marty
LIAB
marty
sanct
riniis
gens
pro fi
cùm i
& ca
O d
incon
verets
celeste
calt. C
S. C
Q
Vides
bus?
nus ir
gilaba
ostend
quibus
Tu qu
geris?
Cater
potuit,
spoliat
interir
ret, E
bus?
mortui
Episcop
Plio se